Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Et ex filiis banni heremias et mo
odias et abram et ioel et baneas et
pelias et ionas et marimoth et ieh
asib et mathaneus et elias et zo
tisas et dielus et samedius et sam
bris et iosefus. Et ex filiis nober. p
daclus et mathathias et sabedus
et zereda. sedrai et iessei. baneas.
Omnes isti duxerunt uxores a
lienigenas et dimiserunt eas cum filiis.

IX

Et inhitauerunt sacer
dotes et leuite et qui erant ex
isrl' inter eos. et in tota regione in ne
omenia mensis septimi. Et erant
filii isrl' in commemorationibus suis. Et
congregata est omnis multitudo simul
in aream que est ab oriente porte sacre.
Et dixerunt esdre pontifici et lectori ut
afferent legem moysi que tradita est
a dno deo isrl'. Et attulit esdras pontifex
legem omni multitudini eorum a uiro usque
ad mulierem. et omnibus sacerdotibus au
dire legem noumenio mensis septimi.
Et legebant in area que est ante sacram porta
templi. a prima luce usque ad uespa
coram uiris et mulieribus. Et dede
runt omnes sensum ad legem. Et stetit es
dras et lector legis super ligneum tribunal.
quod fabricatum erat. et steterunt ad eum
mathathias. samus. ananias. aza
rias. urias. ezechias. et balsamus.
ad dexteram. et ad sinistram. faldeus.
misahel. malachias. abustas. sab.
nabadias. et zacharias. Et assumpsit
esdras librum coram omni multitudine. preside
bat enim in gloria in conspectu omnium. Et cum
absoluisset legem omnes recti steterunt.
Et benedixit esdras dnm deum altissimum
deum sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis
populus. amen. Et eleuatis sursum manibus
procidentes in terram. adorauerunt dnm.
Ihesus et banaeus et sarabias. et iadin
et acubus et sabbateus. et calites. et a
zarias. et ioradus. et ananias. et fi
lias leuite. qui docebant legem dni
et multitudinem legebant legem dni.
prefebant singuli eis qui intelligebant
lectionem. Et dixit attarates esdre
pontifici et lectori. et leuitis qui doce
bant multitudinem dicens. Dies hic
est sanctus dno. Et omnes flebant cum audis
sent legem. Digressi ergo manducate
cate pinguissima queque. et bibite
dulcissima queque. et mittite mu
nera his qui non habent. Sanctus est enim hic
dies dni. et nolite mesti esse. dns enim
clarificabit nos. Et leuite denuntia
bant in publico omnibus dicentes. Dies
hic est sanctus. nolite mesti esse. Et abierunt
omnes manducare et bibere et epulari
et dare munera his qui non habent ut e
pulentur. Magnifice enim exaltati
uerbis quibus edocti sunt. Et congregati
sunt uniuersi in ierusalem celebrare letitiam
secundum testamentum dni dei israhel.

Explicit liber esdre ii. Incipit prefatio in
librum Thobie.

Cromatio et
heliodoro
episcopis. Ieronimus presbiter
in dno salu
tem. Mirari
non desino ex
actionis uestre instantiam. Exigitis
enim ut librum chaldeo sermone conscriptum
ad latinum stilum traham. librum utique
thobie quem hebrei de cathalogo